

faret. Certitudo enim nata est in intellectu de actu suo excludens non tantum deceptorem, sed etiam dubitationem. Et hoc non est nisi intellectus percipiat illud, a quo actus habet, quod sit certus: quia si nihil potest percipere unde sit certus, videtur quod possit dubitare: intellectus autem non percipit illud principium certificans. Alio autem probatio antecedenter, que tangit de actu scientifice, videtur accepta manifeste verum; & tunc neganda est consequentia: non enim sequitur, si intellectus distinguuntur species; igitur. & voluntiones: nisi adatur in antecedente, quod intellectus, ut sunt per se pravias ad voluntiones, distinguuntur species: huc est, quod requiriatur in eis distinctione specifica ad hoc, ut possint habere tales voluntiones, & ita non est in proposito: quia si quis naturali ratione sciens Deum esse bonum, elicit actum fruitionis circa ipsum, & alter crederet, ipsius esse bonum diligat ipsum, nec prius actus requiriatur per se ad habendum dilectionem, vel scientibus, nisi secundum, ut creditur, sed utsique requiritur sub quadam ratione communis, feliciter ut ostensivus objecti diligibilis. Consimiliter etiam posset dici ad aliam probationem antecedenter de creditibili inuita, & acquisita: illo quod illi actus differunt species: hoc non est per se, in quantum sunt praevia ad diligere: huc est, in quantum procedunt ipsis actis diligendi, non requiriunt illa differentia litterarum specifica. Exemplum: si alii cum demonstrative concluderent hoc esse voluntem, & alteri dialectice: ramus eius, quo ille vellit hoc, non differt ab aliis, quo ille vellat idem: qui in cognitionibus, in quantum sunt pravias, non requiriunt illa differentia specifica.

Ad argumentum principale dicitur, quod habitat est causa non substantia actus, sed modus in actu: & ille modus posset concidi differre specie sive modo a substantia actu. Ita respondeo, licet videtur, secundum aliquos, probabilitatem haberet. Inquidendo de illo modo, quem habitat attribuit actu, cuiusmodi est delectabiliter, vel faciliter, vel prompte operari, vel expedit, illo quidem modis, vel etiam istum modum, si in unius modo, videtur habitat acquisiti communitate tribuere actu: vel si ultra hoc dicatur, quod habitat aliquis, pueri virtutis, virtuous tribuit recte, vel virtuous agere, canem nullus illorum modorum in actu potest esse proprias charitatis, vel actus meritioris: quia meritorum (ut dictum est) dicit actu acceptatum voluntarii divine, in ordine ad premium reddendum. Nunc autem, nihil illud est actu acceptati a voluntate divina sic, quam voluntate sic acceptare actu: nihil autem causatum potest esse ratio formalis voluntati, quia sic accepter actu, & hoc inciligando, ut ratio formalis medians inter potentiam, & actu. Igitur de charitate non videtur posse dici, quod ipsa sit principium illius modi in actu, qui modus ibi proprie correspondet. Potest igitur alter dicer ad argumentum, quod major illa, quod actu illi distinguntur species, qui elicuntur a principiis differentibus species, vera est de principiis totalibus: quia ab illis habent totalitatem actus extrinsecum suum: & per consequens unitatem suam, & distinctionem. Vera etiam de principiis partialibus dum tamen sunt principia disposita, & per se requiriunt inquantum disparata: quia si sunt subordinatae

distantia; vel non per se requiriunt, quod sunt disparata, non oportet, quod actus species distinguuntur. Nunc autem caritas non est principium totale actus, non disparitatem respicit, ut plus voluntatis, sed laboris, quia potentia est uiri habitu, non e converso. Nec est per se requiri non solum ad substantiam actus sed nec ad actum, inquantum meritiorum, sed tanguum requiri ut quoddam prærium ad hoc, quod actus sit acceptabilis. Sed nec requiri ut tale prærium necessitate ordinis essentialem cauferat, sed tantum necessitate dispositiois illius voluntatis, que contingenter dispositio non acceptare actum nisi secundum istam inclinacionem sit elicita. Principium autem species distinguens, vel est per se principium illius in se, & per consequens dans sibi aliquam entitatem realen, que sit ejus in se; vel falso est principium eius secundum illud, secundum quod distinguuntur species: vel si est principium dispositio distinguens, oportet, quod per se disponatur ad hoc, quod secundum ordinem essentialem cauferat, hoc ut distinctum cauferat: nullum ictum compati actui per habitum charitatis. Nota hic per ordinem quis sit actus imputabilis ad laudem, vel virtutem, aliud nudus, aliud virtuosus secundum virtutem moralem, actus charitativus, & actus meritioris. Primus dicit respectum ad potentiam liberte elicentem actu. Secundus addit respectum ad virtutem inclinantem, vel virtus ad regulam virtutis, feliciter rationem regam, ut dictam est. Tertius dicit respectum ad charitatem inclinantem. Quartus ad voluntatem divinam specialiter acceptantem. Teritus dicit bonitatem aliquam ultra secundum, & praexaltam ad quartum, non ex natura rei, sed ex dispositione voluntatis acceptantis.

QUÆSTIO XVIII.

Vtrum actus exterior addat aliquid bonitatis, vel malitiae
ad actu interiorum.

Arguitur quod non: quia quod non habet rationem voluntarii, non habet rationem boni, vel mali: actus autem exterior, ut distinctus ab interiori, non habet rationem voluntarii: quia non habet, quod sit voluntarii nisi ab actu interiori: igitur actus exterior secundum se non habet bonitatem, vel malitiam: non adderet autem, nisi tale aliquid secundum se haberet; igitur, &c. Contra, que præcepis negativi distincti prohibent, habent propriam, & distinctam rationem illorum: num autem alio præcepto prohibetur actus exterior, & alio interior: ut patet de illis præceptis: *Non macaberis, & non concupisces uxorem*, &c. Et similiter de illis præceptis: *Non furu facies, & non concupisces rem proximi*, &c.

Ista quaque habet magis distinctatem de bonitate actus morali: quia de bonitate actus naturali manifestum videtur, quidquid per illum intelligatur, quod ipsa est alia, & alia sicutius natura. Patet autem, quod alia est natura actu interioris, & exterioris, in eo isti actus elicuntur immediate a diversis potentis; interior a voluntate, exterior a potentia aliqua exteriori, licet per imperium voluntatis. Secundo

etiam habet difficultatem intelligendo de actu illo , & isto , non quod sunt diversi , sive in diversis suppositis , puta si unus habeat actum interiore , & aliud exteriores : sive in eodem supposito , puta si unus nunc solum habeat interiore , & alias exteriores . Sed difficultatem habet de actibus ipsis ; quando sunt conjuncti , puta , quando in eodem ex actu interiori sequitur actus exterior . Tertio , non est intelligenda quoddam additione bonitatis , & malitiae secundum intentionem , sed secundum extentionem ; frequenter quidem evenit , quod tam in bonis , quam in malis , actus desiderii , qui est respectu ablettis , est remissior actu illo , qui est praefensis , quem Augustinus vocat amorem *de Trin. ultim.* dicent , quod appetitus inbiensis sit amor fruens . Et forte non tantum illi actus interiori circa objectum presentem , quam circa absens , sed simpliciter aliis actus ; sed hie idem actus desiderii , & amoris , sive aliis , & aliis & sicutem actus amoris est perfectior intensive : quietat enim voluntatem eo modo , quo actus desiderii non potest eam quietare . Quando igitur exterior habetur , tunc vel causat , vel occasionat alter actus interior intenditur . Sed de hoc non queritur , sed an actus exterior ex se addat bonitatem aliam illi , qua est in actu interiori . Est igitur intellectus questionis iste , in quo praecipuum habet difficultatem , an actus exterior , quando in eodem est conjunctus interiori , habeat bonitatem moralem propriam distinctam a bonitate actus interioris Ubi sunt tria videnda . Primo , a quo actus habeat bonitatem moralem , vel malitiam . Secundo , an ab eodem habeat , quod sit laudabilis , vel virtuteperalis , sive culpabilis . Tertio , si est alia bonitas , vel laudabilitas tamen in actu exteriori , quam interiori .

De priore , bonitas moralis actus est integras eorum omnium , que recta ratio operantis judicata debet ipsi actu convenire , vel ipsi agenti in suo actu convenire . Hac descripsio declaratur : Sicut enim bonitas primaria entis , que dicitur bonitas essentialis , que est integras , vel perfectio entis ; in se , importat positive negationem imperfectionis , per quod excludit imperfectio , & diminutio . Sic bonitas entis secundaria que est accidentalis , sive supervenientis entitatis , est integras convenientia ; vel integras convenientia ejus alteri , cui debet convenire , vel alterius sibi . Et iste duas convenientias communiter sunt concretae . Exemplum primi : fuitas dicitur bona homini , quia sibi convenienter ; & cibus dicitur bonus , quia habet saporem sibi convenientem . Exemplum tertium potest haberi ab Augustino *de Trin. cap. 3* , vel *8. Bonae* , inquit , *valeat sine doloribus & laetitudine* . Hoc pro primo membro ; quia valeudo est bona homini , quia est ei convenienter . Et subdit Augustinus : *Et bona facies hominis dimensa pariter & affecta bilatera , & luculent colorata* . Hoc pro secundo membro : quia talis facies dicitur bona , habendo illa , quia sibi convenienter . Et est differencia , quia illud quidem , quod est convenientes aliqui , dicitur ei bonum , hoc est , illi perfectio , vel bonitas ; sed non dicitur denominative , vel accidentalis bonum in se : illud autem , cui aliquid convenit , dicitur denominative bonum , eo quod habet illud , quod sibi convenit .

8 in

& in primo est denominatio quasi forma a subjequo : sicut anima dicitur humana , sic aliquid dicitur bonum homini , quia bonum humanum , sed in secundo & converso : est denominatio subiecti a forma , cum dicitur homo est bonus , secundum illud bonum suum & actus autem natus est convenienter agenti , & etiam habere aliquam conditionem sibi convenientem . Utroque igitur modo habens illam potest dici bonus bonitate accidentalis . Et hoc verum est generaliter de actu etiam naturali , & per consequens bonitas ista in habendo illud , quod sibi convenit , non tantum ei bonitas accidentalis , sed naturalis .

Ista convenientia , vel est a natura extremon ; vel si debet reduci ad iudicium aliqui intellectus ; adiuve est naturalis , sicut hoc erit , cum intellectus sit mensura convenientia , hoc est , ad iudicium illius intellectus , qui est mensura rationis naturae , qui est intellectus divinus . Illud quidem hoc perfece cognoscit quodcunq[ue] sita perfecte co-generat convenientiam , vel disconvenientiam unius eiusdem ad alterum .

Uterius ; aliquod agens de eo quod convenit & cui suo i non judicari nec illud in potestate sua habet ; sicut est agens sine intellectu , & voluntate i & ibi , vel ex soli causa mete naturalib[us] determinatur , quid convenienter actus , & ex eis inclinatur agens ad agendum , vel si ultra illud si iudicium aliquis intellectus , & motio aliquis voluntatis , hoc non est , nisi ipsius Dei , in quantum est universalis director , & motor totius naturae ; & ista bonitas in actu agentis sine intellectu , non est mete naturalis . Aliud est agens , quod de convenientia sui actus judicat , & illius in potestate sua habet , sicut agens per intellectum , & voluntatem , & bonitas secundaria talis actus integra , dicitur bonitas moralis .

In actu autem cuiuscunq[ue] alterius agentis non est bonitas , nisi mere naturalis , quia vel secundum causas mere naturales , vel si secundum intellectum , vel voluntatem , hoc non est , nisi Dei quis naturaliter mouentis .

Ultra istud iudicium generale de convenientia actus , quod est communiter de actu agentis per cognitionem , sive sine cognitione , sunt aliqua , que secundum iudicium speciale agunt ex cognitione intus in sibi , & quedam cum cognitione sensiva rurantur , quia aliquo modo apprehendunt convenientiam obiecti , sive iudicent de convenientia actus , sive non , saltem non trahendunt bonitatem naturalem . Alii agunt ex cognitione intellectiva , quia proprie sola est iudicativa de tali convenientia , & talia nata sunt habentes regulam iurispersecionis in suo actu , & in solis illis potest esse actus bonus habens bonitatem moralem ; sed non sufficit ad illam , quod in agente sit potentia iudicativa de convenientia , sicut actus , sed oportet , quod actu recte iudicetur de actu , & secundum illud regum iudicium actus fiat . Si enim cognitionis proprii sit error , licet agatur conformiter cognitioni recte alterius cognoscentis , quia tamen tale agens natum est regulam in suo actu per propriam cognitionem , & secundum illam non agit , sed contra illam , ideo non recte agit . Confiniter talum actum elicer , quemad habet in sua potestate , habet autem in potestate sua talum actum / quemad cognoscit / & elicit / quia potest liberti arbitrii , vel formaliter , vel concomitantem existit in

cognitione, & electione. Sic igitur patet, qualiter bonitas moralis actus est convenientia iudicaria secundum tecum rationem operantis. Quid autem addebatur omnium eorum, que debent convenire actui, sic declaratur: omne iudicium incipit ab aliquo certo. Primum iudicium de convenientia non potest presupponere aliquam convenientiam dictam ab alio intellectu, quia tunc non est primum. Presupponitur igitur aliquod certum, & non ab illo intellectu indicatum, & hujusmodi est natura agentis, & potentiae, secundum quam agit, & ratio quidem ratio actus. Ex ratione enim illorum quidem ratio conciluit, hunc actum esse convenientem hinc agenti secundum illam potentiam, vel convenientem, nullo presupposito, nisi rationibus illorum terminorum; sicut ex ratione hominis, & potentie intellectiva, & actus intelligendi, patet, quod convenientem homini per intellectum intelligetur. Pater etiam, quod non convenientib[us] per intellectum tangere, cognita ratione illius actus, qui est tangere. Similiter patet ex rationibus naturae, potentiae, & actus, quare bruto non convenientem intelligere, vel magis proprie, fibi repugnat intelligere, in illo quidem primo iudicio, quod praeceps accidit ex natura optancis, & potentiae operativa, & ipsius actus non est inconveniens, hoc est, indebet; sive iniquitas connexio, sed inconveniens, hoc est, impossibilitas absolute convenienti.

Uterius ex rationibus illorum tamen conclusi potest, quid sit convenientia tali actui, ut est talis agentis: p[ro]p[ter]a de actu comedendi, quod convenienter transferat suorum ciborum restauratiuum, desperdit, non autem super illud, quod non est utrumc[on]sumi, sicut lapis, vel aliquid hujusmodi, quod nec ali animali est, nesciunt, non tamen homini. Ita determinatio objecti est prima determinatio, qua pertinet ad genus moris, non tamen differentia determinans ad aliquid in illo genere, sed tanquam potentiale receptivum determinationis moralis; quia quando actus habens objectum convenientis agenti, & actioni, tunc ex capax determinationis moralis, secundum circumstantias ordinatas, propter quod dicitur, ex objecto, & actus habere bonitatem ex genere: quia sicut genus est potentialis respectu differenterunt, sic bonitas ex objecto est prima in genere moris, presupponens solam bonitatem naturae, & capax omnis bonitatis specificae in genere moris. In illa autem bonitate specifica, que dicitur bonitas ex circumstantia, talis est processus: prima bonitas videtur esse circumstantia fons: quia ex natura agentis, & actionis, & objecti, statim concluditur, quod talis actus non debet competere tali, nisi in ordine ad talen finem, & debet eligi, & appeti propter finem talen: & illa circumstantia non est ipsius actus, ut in esse reali positi, vel non praeceps; sed est ipsius actus ut volitus, & per actum voluntatis ad talen finem relati: in eo, non minus ut electio bours, quia sit propter finem debitum, esto quod per actum illius elicuisse extra non accingatur nisi electionis, quam si attingeretur. Post circumstantiam finis videatur sequi circumstantia modi agendi, quae concluditur ex omnibus predictis, vel aliquibus eorum, tali, vel talis debere est. Potest concludi potest de tempore, quia tali agenti talis actio propter talen finem,

nem, etiam talem habent modum non debet semper convenire, sed pro tempore, pro quo ordinabili est ad talen finem, vel pro quo potest talen finem habere. Ultima autem omnium videtur circumstantia locisimo multitudine actus, quorum etiam bonitas completa moralis non determinat locum. Sic igitur patet de pluralitate eorum, que recta ratio dicitur debere convenire actui, quia ad hoc, ut per se, bonus, debet habere, secundum descriptionem iam positaun, omnium illorum integratam. Unde Dionysius de Divinitate, part. 4. Bonum est ex unius ratione causa, malum autem ex particularibus defectibus: tota iniqua causa, hoc est integra ex omnibus circumstantiis. Contra circumstantias sunt relationes, & bona est qualitas, id est virtus, etiam est qualitas in Predicatione. Respondet q[ui] Phys. Virtus omnis, & malitia ad aliquid sunt: actus igitur est bonus vel vicious; importat relationem, vel multas relationes; sed tamen habet modum denunciandi, vel predicandi qualitatis, scilicet, vel pulchritudin[em], & communiter ita est de quarta specie Qualitatis. Juxta secundum patrem autoritatem Dionysii, videndum est unde actus habeat inchoacionem moralem: uno modo potest malitia opponi privative bonitati in actu: alio modo contrarie: sicut etiam homo dicere malum contrarie, quando habet habitum viciolum, qui est habitus quidem positivus, licet cum privatione per actionis debita. Alio modo dicitur malus privative rancor, scilicet quia caret bonitate, quam debet habere, licet non habeat habitum viciolum contrarium positivum. Distinctio ita potest haberi a Boetio super Predicatione, exponendo primam proprietatem qualitatis. Dicitur (inquit) sufficie iniquitatem non esse contraria. Putant enim iniquitatem privationem esse justitiam, non contrariatem. Es subtilis, hoc reprehendo: Malitia habitudines privationis osculo profunduntur, ut libidinalis, ars imprudentia, que nunquam virtutibus opponenterunt, que sunt habitu, nisi ipsi a quoque habiture essent. Per rationem apparet ita distinctione: potest enim aliquis agere non cum circumstantia debita, & tamen non cum circumstantia indebita, pata quando non ordinat actum ad finem debitum, nec tam cum ordinat ad finem indebitum: tunc illa actus est malus privative, non contrarie, sicut ille, qui ordinatur ad finem indebitum, & ex multis causulis actibus generatur habitus consimilis in malitia, felicitate privativa & non contraria. Exemplum hujus datur eleemosynam non propter finem bonum, felicitate amorem Dei vel subventionem proximi, non tamen propter malum finem, pata vanam gloriam, vel nocentiam sivecupus, est actus malus privative, non tamen contrarie. De malitia privativa loquuntur Dionysius, quod quicunque defectus particularis cuiuscumque circumstantia necessario requiri reddit actu sic malum, sed malus contrarie non est, nisi habeat circumstantiam positivam habentem aliquam deformitatem. Breviter igitur, sicut bonitas moralis est integra convenientia, sic malitia moralis est inconveniens, & malitia quidem in privativa inconvenientia privativa, hoc est,arentia convenientia desite. Malitia autem contraria est inconvenientia contraria. Hec est conditio aliqua repugnans convenientia. Ex dictis sequitur corollarium, quod in eodem actu substantia

so potest esse multiplex bonitas moralis, quia idem actus potest esse res de circumstantioribus; non solum multis circumstantiis particularibus, quae non sunt multe bonitates, sed integrat unam bonitatem: sed etiam potest idem actus esse circumstantiarum complexe omnibus circumstantiis pertinentibus ad unam virtutem, & etiam omnibus pertinentibus ad aliam virtutem. & ita secundum dictumna diversa peracta prudentia, respectu multorum finium propriorum. Exemplum: yado ad Ezechiam ex iustitia, quia tenor per obedientiam, vel ex voto. Yado etiam ex charitate ad Deum, ut oitem, vel exhibeat Deo cultum latrati; & yado etiam ex charitate fraternae, ut diligat proximum. Et breviter in quocunque actu, sive bono tantum bonitatem moralis, sive ultra bonitatem moratoria, quanto concursum plura motiva ordinata agendi, tanto melius est. Confiniter in eodem actu possunt concurserunt multe maliitia, propter quidem, quia sunt dicamina de oppositis, quae deberent inesse.

Additio que bis erat apponere la errore typographi pretermissa.

Apposita est in fine quodlibet barum. Quidlibet barum.

De Secundo principali dico, quod laudabile, & vituperabile; immo generalius, praemiable, & punibile contingat sub hoc communis, quod est imputabile, & illius communis est una ratio, hanc, scilicet: actum esse in libertate potestate agentis, & licet ad istam potestem concurrent intellectus, & voluntas, tamen illa indifferenter, quia potest non fieri illud, quod sit, & potest fieri illud, quod non sit, intelligendo divisionem, non conjunctionem, in sensu, scilicet divisionis, non compositionis; illa, inquit, indifferenter, vel indeterminatio ad alteram partem, non potest complete reduci nisi in ipsam voluntatem: quia quocunque alia potentia activa est naturaliter activa, & ita determinante unius, quantum est de se; unius, inquit pars contradictionis, ita quod licet sit indeterminata, sive respectu multorum dispartitorum, sicut Sole, causa multorum effectuum hic interior, tamen loquendo de quocunque una contradictione, causa quocunque talis est determinatio ad unam partem, puta Sol ad generandum herban; haec determinatio: & hunc verem, & sic de aliis. Voluntas autem sola habet indifferenter ad contradictionem, & tamen, quod ipsa est si determinativa ad alterum eorum, ex p. Met. c. 4. alterius ageret contraria. Propter hoc igitur, quod actus eius sic indifferenter est in eius potestate, licet non nisi ulla collectione, ideo per se est imputabilis agenti. Unde secundo de libero arbitrio dicit Aug. Sicut comperitur est, &c. motus, scilicet deputatur, non est naturalis, sed voluntarius. Et post verba discipuli: motus, quo voluntatis convertitur, nisi est voluntarius, & in nostra potestate positus, neque fundandus est homo: neque culpandus, ut supra in questione de necessitate naturali in voluntate. Imputabile igitur duos respectus importat. Unum ad potestem, vel dominium agentis, & alium ad aliquod correspondens actum, vel agenti secundum iustitiam, & hoc proper iustum actum, & secundum sequitur ad premium: quia enim iste est dominus sui actus, ideo actus, & agenti debetur aliquis proper actum. Primus respectus manet non variatus per se in actu bono, vel malo; secundus autem variatur, non quidem formaliter secundum bonum,

autem, vel malum, sed presupposita differentia boni, vel mali, quae attenditur secundum convenientiam, vel inconvenientiam aliquam dictam in primo articulo, & variata penes aliqua correspondientia isti, & illi. Bonum quippe sic est imputabile, quod ad laudem, vel premium. Malum autem sic, quod ad vituperium, vel peccatum. Actus autem neuter, sive indifferens, dum tamen sit in potestate agentis, imputatur, velut quodammodo vituperabilis, quia poterat ordinare agere. Vel falso, ut non laudabilis, & hoc propter defectum eius, qui potuit laudabiliter egisse.

Ex hoc patet quod non ab ideo formaliter est actus bonus bonitate in oralis, & imputabilis, sed premium habet ex convenientia ad regulam, juxta quam debet elicere. Secundum ex eo, quod est in libera potestate agentis. Laudabile autem, & vituperabile ambo ista important: quia & licet formaliter dicant hoc, quod est imputabile, cum determinatione illius, ad quod est imputabile; tamen materialiter connotant illum, propter quod ipsum est ad hoc imputabile, scilicet bonitatem, vel malitiam, propter quas ad peccatum, vel premium imputandum est.

De imputabilis tamen distinguuntur potest, quod uno modo propriissime accipiendo, illud potest dici imputabile, quod est immediate in potestate voluntatis, & sic solum vello est imputabile: quia ipsum solum est immediate in potestate libera voluntatis. Alio modo imputabile potest dici quicquid est simpliciter in potestate voluntatis, licet non immediate. Et sic actus alterius potentie, quem voluntas mediante actu suo volendi potest impetrare, ut eliciatur, vel impedire eliciatur, est imputabilis voluntati: quia rora coordinatio sive ad illum actum, etiam includendo illum actum est in potestate voluntatis. Et est differentia duplex, inter imputabile primo modo, & secundo modo. Una, quia ad imputabile primo modo non requiritur, nisi ipsa potentia voluntatis, & illud quod requiritur propter actum eius, cuiusmodi est intelligere. Et ratio est, quia illud est immediate effectus voluntatis. Et de hoc potest accipi illud primo Rezard. c. 9. Nihil est tam in potestate voluntatis, quam ipsa voluntas. Intellige voluntas, non quantum ad suum esse, sed quantum ad actum suum proprium. Ad actum autem imputabilem secundo modo requiritur potentia alia a voluntate exequens illum actum. Ex hoc leuitus alia differentia, quod uno modo est major contingens sive indifferenter respectu actus primo modo imputabilis: quia scilicet non requiritur ad illum nisi voluntas, supposita intentione sufficienti intellectus. Unde per alia posticipora quocunque impeditur non potest eliciatur; sed ad actum secundo modo imputabilem, requiritur alia potentia, per cuius impeditur potentia ad actum illum. Non igitur ex sola indifferenter voluntatis est contingencia eius, sicut contingencia primi actus. Cum igitur contingencia cuiuslibet alterius causae, vel potentiae, in agendo magis recedat a ratione contingentia simpliciter, quam contingencia voluntatis in causando; requiri quod simpliciter major est contingencia respectu actus voluntatis primo modo imputabilis, quam alterius; pro quanto tamen actus secundo modo imputabilis dependet a pluribus: ex quorum quocunque vel defectu eius, potest accidere, ne ille effectus eveniat; potest dici effectus ille magis contingens: vel magis proprie, multiplicius contingens.

De tertio principali, primo potest dici, quod actus exterior, scilicet imperatus, habet bonitatem moralis propria aliquam aliam, quam actus interior elicere; & secundo videbitur, qualiter habet, vel non habet propriam impugnacionem. Potius probatus dupliciter. Primo per Augustinum. 3 de Trin. c. 5, vel 14. *Mala voluntate, vel sola quia hec miser efficit, sed miserior perficit, qua degenerium mala voluntatis impletus: profecto quoniam si sic male volendo miser esset: minus tamen est, si nibil eorum, que perperam volueret, habere posuisset.* Patens est, quod hoc non potest intelligi de miseria peccata, quia desiderans, & non potens habere quod desiderat, plus habere de peccata, quam ille, cuius desideria implentur. Intelligitur igitur de miseria culpa: actus igitur malus exterior addit ad misericordiam culpae, que preceps in actu interiori malo. Secundo probatur idem per rationem. Ex primo articulo habetur, quod bonitas moralis est integritas eorum, que secundum rectam rationem operantis dictamen debere convenire ipsi actu. Est autem alia integritas eorum, que secundum dictamen recte rationis debent convenire actu interiori, & eorum, que actu exteriori: igitur & alia bonitas moralis, & per consequens alla malitia moralis, & hoc live privativa tantum: quia alia carentia eorum, que debent convenire, live contraria, quia alia inconvenientia repugnant illis, quia debent convenire. Probatio minoris. Recurso non dicit actu convenire debet, quod impossibile est sibi convenire: num autem actu exteriori impossibile est convenire illud, quod convenit actu interiori, vel convenire potest: & hoc intelligendo de utroque actu in se reali, & de eo, quod sibi convenit, ut in tali esse: licet enim actu exteriori inquantum est objectum voluntatis, & non ut actu elicetus potest aliquo modo comprehendere denominative, denominatio quadam exteriori, illud, quod convenit actu interiori realiter: non tamen idem, eodem modo convenit illi, & illi, quia etiam potest operative non sunt capaces ejusdem actus: uno nec ejusdem rationis, nec per consequens actus illi essent capaces convenientiae ejusdem rationis, vel ad manus, quod sufficit ad propositum, poterunt habere convenientiam aliam, & aliam. Et per hoc patet ad aliquas instantias contra praedicta. Contra ista initatus, primo, quia eadem est veritas actus intelligendi, & ipsius objecti intellecti: igitur pari ratione eadem est bonitas actus volendi, & objecti voluntatis. Antecedens videtur manifestum, in exemplis, quia sicut veritas principii est immediata, sic notitia eius potest dici immidata, & conclusio medietas. Similiter notitia principii est ex terminis, & conclusionis ex principiis, sic illis competit veritas. Conferatur idem: quia ubi unum propter alterum, ibi tantum unum; sed actu exterior non habet bonitatem, nisi tantum propter bonitatem actus interioris: igitur non est illa alia, & alia bonitas. Praeterea. Peccatum (secundum Anselmum de Conceptu virginum) est excessio iustitiae debite: non est autem in actu interiori, & exteriori nisi una iustitia debita carente: quia iustitia, vel iniquitas, secundum ipsum non est nata esse, nisi in voluntate. Praeterea. Ubi una aeroft, & una libido: ibi videntur esse una ratio formalis peccati; sed in actu interiori, & exteriori non est

nisi una aeroft: quia voluntas est illa potentia, cuius solus est avertiri a fine sicut convertit ad finem; ibrido etiam, quo aliquid vocatur ab Augustino cupiditas, ut 83, q. 9 q. 33: ipsa secundum ipsum ibi est proprie venenum charitatis: ipsum inest proprius illi potentia, cui natura est charitas inesse; haec est voluntas sola. Ad primum, esto quod eadem veritas, que illi ipsius actus intelligendi formant, sit quodammodo aliо modo, scilicet objective ipsius objecti intellecti, & hoc inquantum objectum habet esse in ipso intellectu: & comunitate bonitas, que est formaliter actus volendi, sit quodammodo denominative ipsius objecti voluntatis, inquantum voluntatis est: tamen actus ille bene potest habere aliquam bonitatem propriam, inquantum positus in esse rei extra voluntatem, faciunt in esse suo reali haberet proutiam convenientiam debitam, vel disconvenientiam. Ad confirmationem, illi potest deduci ad oppositionem: quia si actus exterior habet convenientiam ad regulam suam per actum interiorum, sive mediante actu interiori; igitur habet aliam, quam actus interior: quia idem non est causa, nec etiam medium relipet, ut si ipsius, nec etiam est causa, vel ratio mediandi respectu sui ipsius. Exemplum hujus habetur in artibus intellectus: conclusio enim, licet habeat veritatem a principio: tamen habet propriam veritatem: quia propriam conformatum est, quod affirmatur ad existentiam rei & ad ipsos terminos proprios conclusionis. Non enim conclusio est vera formaliter veritate principi, sed est vera veritate mediata, & demonstrativa, & ita habet veritatem demonstrabilem.

Comunitate multe conclusiones sequentes ordinare ex eodem principio habent veritatem proprias distinctas, & forte prior est veator, & magis necessaria, quia in necessitate sua non dependet a postfato, sed e converso. Comunitate conclusiones falsae repugnantes eidem vero, habent proprias falsitates, quia propriae disconvenientias eius, quod enarratur ad illud, quod est in re. Comunitate de actibus voluntatis, non solus actus volendi natus est habere convenientiam, vel disconvenientiam propriam ad dictam regiam, sed actus imperatus natus est mediante illi habere convenientiam, & conformatam, & licet idem sit, cui debet conformari actus iste, & ille: tamen ea, quia conformatur, sunt diversa & ideo habent ex parte sui diversas conformatives, sive convenientias, licet ad idem. Si dicas, quod veritas non convenit alii excepto intellectu, sed tantum actui intellectus, vel objecto, ne est in intellectu: igitur a similis, bonitas non convenit actu exteriori, ne exteriori, ut exterior elicito, sed pascit, ut objecto actus volendi. Respondeo: conformatio negati potest juxta illud 6. Metaphys. in fine. Non est falso, ut verum in rebus, ut quid quidem bonum verum, quid autem malum falso, sed in mente. Alter potest negari antecedens quia si intellectus aliquis sit regula intellecti: licet est de intellectu divino exemplaque, & regulante creaturam, illud potest dici verum, non tantum, ut est actu cognitum, sed etiam ut est in se: quia secundum esse suum in se, est exemplarium, & conforme exemplari. Ad aliud dico, quod iustitia potest acipi uno modo, prout est restituti habitualis, sive habitus voluntatis, & ab illa dicitur voluntas recta habitualiter: etiam quia.

quando nihil vult actus ; & sic dicitur dominiens iustus , qui habet habitum , & alius iniustus , qui caret isto habitu , vel habeat in iustitiae contractam . Alio modo potest accipi restitudo pro rectitudine actus , sive in actu , que est conformitas actus electi ad suam regulam . Primum membrum distinctionis concedit fari communere . Secundum probatur : quia actus non dicitur formaliter rectus , vel iustus ab illa iustitia habituali in voluntate : quia siam illa potest habeti actus peccati venialis , vel actus indifferens , quorum neuter est actus iustus , nec rectus , sed oportet , quod rectitudo , qua formaliter actus dicunt rectus , praeterea infit , dum actus nullus : immo forte non iustitiae immediate voluntati , sed ipsi actui , & mediante illa voluntatis quia voluntatis nata est immediata recipere habitum . & operationem iustitiae autem actus nullus neutrum horum est , sed tantum illi condicione quadam ipsius actus : puta coquenterias eius propria ad suam regulam . Illud autem sicut manifestius , si actus non esset rapido transiens , sed idem aliquando manens : quia sicut motus pro prima parte sui potest esse velox , & idem numero , & speece per secunda partem sui tardus , ex quo sequitur , quod nec velocitas , nec tarditas omnino sunt idem motus : ita potest actus prius elici conformiter regulam rectam , & idem actus continuans etiam potest elici postea , non conformater illi regulam , & ita efficit actus pro priori parte rectos , & pro posteriori non rectos . Sed quia actus rapido transit , vel si manet , manet communiter cum eo sua rectitudo , nec idem manens mutatur a recto in non rectum , nec sibi recto pro priori parte succedit alia pars non recta , ideo non ita manifesta est differentia actus , & sua rectitudinis : concluditur tamen illa differentia modis praedictis , & per hoc etiam , quod relatione non consequens necessario naturam fundantur , non est omnino eadem fundamento : num autem restitudo non necessario consequitur naturam actus . Iustitia etiam actualis , est primaria se praesertim in actu volendi : tanquam secunda , vel secundaria , potest esse in actu imperato per actum volendi , quia & illi habet restitutum proprium : licet dependentem a restitutione actus volendi . Quando igitur dicitur , quod iustitia non est nisi in voluntate , verum est de iustitia habituali , que est restitudo proper se servata , ut deinceps servata , servatum enim proprie convenient habitum , vel magis extendendo : verum est de iustitia actuali primaria , quia voluntas illam propelet se servat , hoc est , tenet in actu suo , quem illa iustitia rectum elicit . Si autem sit fetno de iustitia actuali secundaria , illam oportet dicere esse voluntatis non subjective , sed causaliter tantum , sive adhuc de illa potest aliquatenus falsari definitio illa iusticia ; quia illa est restitudo voluntatis , non ut voluntatis formaliter inherens , sed voluntatis . ut casus , vel imperantis . Est etiam proper se servata , tanquam est illa voluntarie positus . Ex isto sequitur quedam corollaria , per quae etiam declaratur proutum . Unum , quod manet eadem iustitia habituali sum tot justitiae actuales , quo sunt actus electi , quoniam una potest esse intentior alia , si actus unus cum majori conatu eliciatur , quam aliis , & si habitus maneret aequalis , immo actus prior potest electi cum majori conatu : & tunc habebit iustitiam actualiem intentuorem correspondentem intentioni sua .

& sic

Et secundus actus potest elici cum minori conatu : licet certum sit , quod tunc habitus sit maior . Aliud , quod singuli actus multi habent proprias malicias actuales : quia sicut natu sua habere proprias bonitates , quia convenientias , vel conformitatis , sive eidem regulaz , sive aliis : sic singuli habent proprias caritatis . Aliud , quod malitia ex modo diffirentur quo bonitates , que debent inesse : si specie , specie : si numero , numero . Privationes enim distinguunt sicut habitus natu sicut diligui , puta surditas , & cœcas . Tuo modo differunt specie privativa , sicut auditus , & vitus specie positiva , & hæc exercitas , & illa numero privativa , sicut hic visus , & ille differentia numero positiva .

Et hinc pater , quod non solum distinctio virtutum philosophicos loquendo , sed etiam peccatorum Theologico locutendo , & hoc specie , & numero , & etiam genere accipi potest , non tantum per distinctionem confessionis : quia illa nec per se contingit , nec etiam distinguunt peccatum , ut peccatum : sed accipitur secundum rationem propriam hujus privationis , que est formulis ratio distinguendi privativa , sicut habitus positive . Apparet etiam quomodo unum peccatum est gravius alio , five intelligitur secundum distinctam speciem gravitatis , five secundum distinctam gravitatem , & in eadem specie : quia actus eo modo , quo debet habere bonitatem maiorem , sive in specie , sive intentionis in specie : eodem modo , si caret bonitate debita est peior privative , & si habet conditionem aliquam positivam repugnantem , est peior contrarie . Tertio apparet quomodo peccata possunt continueri in infinitum in damnatis , & tamen natura non consumetur : nec habilitas naturalis , five quocunque aliud in natura . Nam nulla creata natura potest naturam intellegit , vel aliquid naturale in ipsa comprehendere , & si potest diminuere , potest aliquando desistere & totaliter illam .

Similiter , effectus contingens aliquius causa non necessario concomitantem suam caufam : igitur oppositum talis effectus , vel aliquis conditionis in ipso non destruit , vel diminuit tam suam caufam : malitia autem in actu est privatio aliqua in illo , quod est effectus contingens voluntatis ; igitur nihil diminuit de ipsa voluntate . Quid ergo adiunxit peccatum ad diutinum peccato : cum secundum Augustinum in Enchir . in tantum sit malum quantum admittit de bonis arte ? Respondet : malitia actualis in aliquo actu elicito non adiunxit bonum , quod simili secum inest . Pater nec oportet , quod adiuniat bonum , quod inuit : quia (ut dictum est prius) actus rapido transiens non mutatur de bono in malum . Si autem intelligentur per bonum , quod inuit : habitus gratus , qui a dimittitur peccando , hoc non potest intelligi de quocunque peccato : quia secundum peccatum non adiunxit illud , quia jam ademptum est : nec primum peccatum ex per le ratione sua magis admetit illud , quam secundum : quia tunc peccatum primum est simpliciter gravius secundo : quia major bonum adiunget ; contingit autem quandoque , quod secundum sit gravius primo , & ita natura efficit admetit major bonum , & ita per se admetit bonum illud auctale : adiunget etiam per se bonum habituale , si inesset ; admetit igitur peccatum generaliter illud , quod

quod deberet, ineffe, sicut in caco nato cæcitas admirabilis, non qui infuit; sed qui debuit ineffe, & ita dicit Aug. 11. super Gen. 32. de Angelo peccante, quod *ecclit non ab eo*, quod *aceperit*, sed *ab eo*, quod *aceperisset*, si *Deo subdi voluntatis*, & in infinitum adderetur peccatum peccato, quodlibet admitteret bonitatem propriam, qua debet ineffe: nec est inconveniens in uno bono finito, virtualiter contineri, sicut infinitus effectus successive elicendos, sic & infinitus restitutus eorumdem. Ad aliud de avertione: avertio a fine potest intelligi actuatis nolito ipsum finis; & patet, quod non omnis peccans avertitur illo modo, cum tote frequenter peccante non actualiter consideret finem, vel si considerat, non illum se ex malitia respuit. Alio modo potest intelligi avertio, non sicut formalis, sed quasi virtualis, quod potest ponere acceptatio aliquæ voluntatis incompositibilis voluntatis: sive falso tempore efficiat, & vel confectione huius: sicut quando voluntas vult omnino aliquid inordinatum, & deordinas a conceptione finis, pater aliquid contra preceptum divinum, sine cuius observatione possibile non est consensu: nam: adhuc isto modo intelligendo, avertio est solus voluntatis. Tertio modo largius potest dici avertio, quecumque malitia separans a fine efficaciter veleundo, vel confeundo, & talis malitia potest esse in aucta voluntate imperato, quia cum imperatore a cum in malum: non fiat voluntatem efficaciter velle finem ultimam, nec eriam consequi ipsum. Sicut igitur referentib[us], vel quasi inordinabilitas ad finem potest dici conversionis: hic inordinabilitas potest dici avertio: quando igitur accipitur, quod non est nisi una avertio in actu interiori, & exteriori, verum eti duobus primis modis intelligenda: immo est una avertio nisi in actu interiori, & si ne intelligatur quod avertio sit formalis ratio in p[ro]cesso, negandum est: immo sufficit illa inordinabilitas actus imperatus, que potest dici avertio tertio modo dicta. Quod etiam additum ibi de libidine, si libido intelligatur esse improba voluntas, hoc est, immoratur in libido, libido non est formaliter in omni peccato, sed vel formaliter, vel casualiter concordat ad peccatum. Si igitur vido, vel cupidi[n]as deinceps convertitur in peccato, & oportet excedere illa non tantum ad actum interiorum voluntatis immoratur, sed etiam ad actum imperatum.

De secundo in isto articulo, scilicet de imputabilitate, patet ex distinctione posita in secundo articulo, quia si scilicet accepio, solum illud dicatur imputabile, quod est mediate in potestate voluntatis; patet quod solum velle, vel nolle est imputabile. Si autem imputabile generaliter dicatur illud, quod est simpliciter in potestate voluntatis: hec actus imperatus proprius, est imputabile: quia est non sit immediate in potestate voluntatis: sed tamquam mediante acta volendi, qui actus non solum fecundum se est in potestate voluntatis sed etiam ut principium actus exterioris: quia voluntas potest per intercessorem ponere illum exteriorem. Exemplum, sicut ex precepto domini occidere, illa occiso imputatur dominio, quia in potestate huius erat actus servi, licet mediate. Et si arguitur sicut prius, si ergo illa non est imputabilis nisi mediante illo. Respondeo ex

ex hoc sequitur propositum, quod illius, & illius est alia imputabilitas: idem enim non est medium, nec ratio mediandi respectu sui ipsius, & potest idem declarari, sicut prius de propria voluntate: quia quamquam terminus sit idem: tamen in diversis fundamentis sunt diversi respectus ad eundem terminum: actus ille, & iste sunt diversa fundamenta: igitur licet imputabilitas conveniat illis in ordine ad eandem voluntatem: tamen illa est alia sicut est alia causabilitas, vel aliud subjaceret potest nisi causa, licet causa sit eadem.

Ad primum argumentum principale voluntarium potest dici illud, quod est subjective in voluntate, vel illud, quod est voluntate voluntate; vel illud, quod est imperatum a voluntate. Primum non facit complete, quod aliquid sit voluntarium: quia habitus potest esse in voluntate, & tamen non voluntate voluntas habet illum, quia tristitia est in voluntate subjective. Secundum dicitur voluntarium participare: quia acceptatio ejus, ut objecti, est voluntaria: ipsius enim magis dicetur voluntum, quam voluntarium, voluntarium enim proprio dicitur, quod est in potestate voluntatis, & sic dicitur tertio modo: & sic actus exterior est voluntarius, sicut actus interior simpliciter, non tamen est auctor primo, sed illo praesupposito.

Voluntarium ergo de et dici illud, quod est causa altera voluntatis, & hoc est impetrare, licet per prias dicatur voluntarium illud, quod est chitum, quam quod est imperatum. Concedatur ergo major intelligendo voluntarium generaliter, & sic minor est falsa.

Ad probacionem minoris dico, hoc est fine illo positus in esse, non in voluntarium, & hoc, quia effectus remotior non dicitur voluntarius nisi ponatur in esse per actum interiorum, qui est effectus propinquior: tamen quando actus exterior conjugatur cum interiori, & ex illo procedit, tunc illa exterior, ut diffinitus, habet rationem voluntarii, & diffinitum, quia voluntarii medietate: actus autem interior non sic est voluntarius, sed immediate.

QUESTIO XIX.

*Vtrum in Christo unitas naturæ humanae ad Verbum
sive sola dependentia naturæ assumpta
ad personam Verbi.*

Arguitur quod non. Talis est ibi unitas, quia sufficit ad verificandum predicationem naturæ de persona, juxta illud primo de Trin. *Talis fuit illa unitas, que Deum facere hominem, & hominem Deum.* Nunc autem sola dependentia non videtur ad hoc sufficiere: quia dependens non predicatur sicut per illo: a quo dependet: quod patet ex propofito: natura enim assumpta dependet a Patre, non tamen Pater est homo: igitur est ibi aliqua alia unitas, quam dependentia naturæ humanae ad Verbum. *Contra*, discutendo per omnes modos unitatis, non videtur posse ibi alia unitas inventari.

Hic tria sunt videnda. Primo, quis modus unitatis sit hic ponendus; secundo, inquitur qualiter ipsa unitas sit possibilis, quantum est ex

parte personæ assumptis. Tercio, qualiter est possibilis, quantum ex parte naturæ assumptæ.

De primo creditum est naturam humanam personaliter esse unitam. Verbo Ioh. i. *Verbum caro factum est: uis caro secundum Augustinum pro homine ponitur, & hoc ex parte habetur in Symbolis diversis. Ex isto interius hæc conclusio, quod id est ordo, sive dependentia naturæ humanae ad Verbum. Consequens probatur, quia omnis unio, vel est per informationem, vel per aggregationem, vel est ratio ordinis, & ne sit alietatio de proprietatibus distinctis: vel de proprietatibus nationalibus, vel aliis, qui dicuntur unita in Deo; intelligo de unione, quia est realitas distinctorum: hic autem non potest poni unio per informationem, quia verbum non est potest; nec informabilis, nec actus informans naturam humanam; nec est hic tantum unio per aggregationem, quia sic Verbum habet unionem ad naturam meadowel Pater ad natum assumptam, & generaliter quocunque distinctum ad aliud simpli citer distinctum: nec illa unio aggregationis, (ut patet) sufficit ad unitatem personæ. Relata igitur tercia, unio scilicet ordinis. Ordo autem est posterioris ad prius. Pater autem, quod Verbum non habet rationem posterioris respectu naturæ: igitur, & converso, natura habet per se ordinem posterioris respectu Verbi, & ita dependentiam. Probatur etiam consequens: quia unio naturæ ad Verbum importat relationem realem, non ex parte Verbi: igitur in natura assumpta tantum: omnis autem relatio realis non mutua, nec equiparantia, vel est quædam dependentia, vel requirit dependentiam reddit ad illud, ad quod referuntur. Ulterius qualis sit illa dependentia naturæ ad Verbum, concludit ex quodam credito, isto, scilicet quod solus Filius est incarnatus; ex quo sequitur, quod natura illa non est unita cuilibet persona in Trinitate, sed soli Filio; ex quo sequuntur tria. Primum, quod illa dependentia non est propriæ causati ad causam; quia secundum Augustinum 5. de Trin. 14. ad creaturam Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt unum principium.*

Secundum vero est, quod ratio formalis terminandi istam dependentiam non est aliquid commune tribus personis: quia in quacunque est illud, quod est formalis ratio terminandi aliquam dependentiam, & hoc prius naturaliter, quam dependentia sit terminata, ad ipsum dependet dependentia: si igitur ratio terminandi est communis tribus personis, tota Trinitas terminat, quod falsum est. Hic dicitur, quod licet sit aliquid commune toti Trinitati, tamen alio modo est in una persona, quam in alia, & pro tanto posset esse in una ratio terminandi, licet non in alia. Contra hoc, in habendo illud, quod est commune tribus personis, non est aliqua distinctio, nisi pertinet ad originem: puta quod prima persona habet illud a nullo: Secunda ab uno: Tertia a duobus: Sed illa differentia non facit, quod una persona terminat dependentiam naturæ, & non alia: quia illa differentia est in omnino eadem, etiam nulla persona sufficiat incarnata, sive qualibet, sive quacunque sola persona: puta si Pater solus sufficeret incarnatus. Tertium sequitur ex isto, scilicet, quod ratio formalis terminandi istam dependentiam naturæ est

